dios carbones, ut Zincum in fluorem deducatur. Sic Zincum in flammam exardescet, & sublimabuntur flores albi, qui successive utrumque crucibulum implebunt. Dum propter flores nimios superficiei suæ inhærentes Zincum inflammari cessat, rutabulo ferreo flores amoveantur, ut de novo exardeat, quod repetendum, donec omne Zincum in flores sit conversum. Interea flores de utroque crucibulo pro rei necessitate sæpius tollantur.

Hi flores si satis albi non sunt, per parvas portiones injiciantur successive in aliud crucibulum candens, & calcinentur, ut casu adhærens adhuc phlogiston abigatur, quo albescant debite.

## GLOBULI CARMINATIVI.

*vide*

SUPPOSITORIA.

## GLOBULI AD ERYSIPELAS

*vulgo*

MONIALIUM SANCTÆ ELISABETHÆ.

℞. Pulveris Alumnis crudi unc. iij.

Sa-

Salis ammoniaci unc. iß.

Solvantur in

Aquæ communis libr. iß.

Cum hac ſolutione lævigentur ſuper porphyrite.

Cretæ albæ puriſſimæ libr. iiiß.

Ceruſſæ libr. ij.

ultimo admiſcendo

Camphoræ ope ſpiritus vini in pulverem redactæ unc. j.

Ut omnium fiat maſſa, ex qua formentur globuli ponderis unciæ dimidiæ in umbra exſiccandi, ac ſervandi.

## HEPAR ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi.

Nitri ana libr. j.

Seorſim in pulverem trita mixtaque accurate in crucibulo candenti detonent, injiciendo per vices. Et ſervetur maſſa.

Hæc cum aquæ ſufficienti quantitate debite abluta, & exſiccata dicitur

CROCUS METALLORUM.